

## CAPUT TERTIUM

Christo prophetat, in quo verè tandem sunt impleta, quæ V. T. ceremonijs sunt adumbrata v. 8.

Alia.  
Partes  
duæ.

I. Typus ubi tria.

1.

2.

3.

II. Antitypus

ubi etiam tria.

1.

2.

3.

Occasio horum.

Nos verò paulò accuratiùs singula membra eorumque coherentiam considerantes cum Tremellio & Junio caput hoc partimur in duo membra, prout capituli Ecclesiæ & sacerdotis summi (de quo hic potissimum agitur) ratio duplex est, in priori typica in Jehosua Sacerdote Judæorum maximo vers. 1. in posteriori simplex, quam typus significabat in Christo omnium piorum pontifice maximo vers. 8. & seqq. In typo sunt tria, quorum primum, ea, quam Christus pro servis suis fidelibus (quorum personam hic sustinebat solus Jehosua) adversus Satanam suscipit, defensio vers. 1. 2. secundum, peccatorum remissio & per fidem justificatio, illa per vestes sordidas vers. 3. ista per earum remotionem vers. 4. hæc denique, quod ad justitiam imputatam, per vestes mundas vers. 5. denotatur. tertium, officij debiti pro tam insigni beneficio, restipulatio, & conjuncta promissio vers. 6. 7. In antitypo, Christo nimirum, ad complementum veritatemq; typi progreditur, & tria illa membra Jehosua figura & umbræ attributa, Jesu Christo vero corpori accommodantur. Primò igitur Christi in carnem adventum promittit vers. 8. deinde ejus in defensione Ecclesiæ stabilitatem, similitudine lapis, septemq; oculorum, posse in justificatione hominum alacritatem ostendit vers. 9. & tandem ejus fructum insignem, videlicet conscientie pacem, in veris Ecclesiæ membris futuram pollicetur v. 10.

## PARS PRIOR.

Versu I.] Cum multa alia erant, quæ piorum fidem labefactare, eosdemq; ab opere cæpto ædificationis templi & urbis

urbis